

bus notum est, me nec solum nec primum Conventus hos probare tuerique, sed legere in eo vestigia præstantissimorum Theologorum atque Ictorum, quorum Catalogum amplissimum suppeditat Dn. WALCHIVS *libr. cit.* 2. Pudeat Dn. CARPZOVIVM argumenti dudum, & in ipso quoque Responso meo fallaciæ causæ non causæ convicti de turbis per hos Conventus in Republica excitatis, argumenti, si quid valeret, egregii pro impugnanda Religione Christiana atque Evangelica, quarum occasione turbæ longe maiores & admodum sanguinolentæ exortæ sunt. 3. Legibus hos Conventus improbantibus oppono Leges eosdem probantes, quarum ecce Specimen recentissimum, Rescriptum, quod vocant, generale Ducale Württembergicum, die 10. Oct. 1743. adhibito in consilium Consistorio æque ac Synodo ecclesiastica totius Ducatus, emanatum. Ibi legitur: *Dieses beedes* (ut Exercitio publico atque singularum Familiarum domestico nihil derogetur,) *vorausgesetzt, sind wir alsdann nicht gemeinet, die besondere Zusammenkünfte, welche von einigen Christlichen Personen, in Absicht auf geistliche Handlungen, überhaupt hin zu verwerfen, oder zu verbieten: wir wollen vielmehr dieselbige mit dem vorsichtigsten Unterscheid prüfen; das Gute behalten und befördern; die Abwege aber anzeigen, absondern, und, so viel an*
Uns